



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt I. Ex Concilio a Toletano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

NOTÆ.

Idem.) Gregorius videlicet Nonus, qui præsentem edidit constitutionem motu proprio, ex diversis juris civilis principiis. Et in primis docet circa damnum datum, teneri eum qui culpa sua damnum dedit, iussit dari, consensit, imperite egit, aut neglexit: quod etiam passim docetur in titulo ff. ad leg. Aquil. Et licet quodlibet damnum datum peculiariter lego vindicari possit, veluti Aquiliæ, & vi publica, & de scariis; tamen extra ordinem damnum datum vindicari posse, colligitur ex l. 1. §. 1. l. 9. l. penult. & ult. ff. de incendio, & ruina, l. 3. §. 1. ff. de offic. Pref. vigil. l. 2. ff. arbor. part. cas. l. aut. facta 16. §. evenit. ff. de pœnis. Ut autem damnum datum vindicetur, injuria factum esse debet, id est vel dolo, vel culpa. Patet etiam tam latè verbum *injuria*, ut & qui culpâ levissimâ damnum dedit, injuria dedisse dicatur, leg. in lege 44. ff. ad leg. Aquil. Igitur culpa in præsentia non solum supinam negligentiam designat, qua prope dolum est; verum & laxitatem, & imperitiam, & infirmitates in culpa ponuntur, si quis affectaverit id, in quo intelligit; vel intelligere debet imperitiam, aut infirmitatem suam esse alii periculosam futuram, l. 5. §. 1. & ult. l. 8. l. 31. ff. ad leg. Aquil. l. illicita 6. §. scutis, de offic. Presid. Prosequitur Gregorius casum, in quo quis damnum dedit, non corpore suo, sed per anima malia propria: & tunc docet, posse dominum servi, vel quadrupedis, per quem damnum datum est, estimationem damni solvere, vel noxam dare, hoc est servum, vel animal, quod damnum dedit, juxta legem 1. & per totum titulum ff. de noxalibus. In qua parte observandi sunt textus in l. ff. servus 27.

§. si quis servus, ff. ad leg. Aquil. l. si usus fructus, ff. si ex noxali causa, l. servus 16. ff. de interrogat. act. l. itaque 12. §. 1. l. servi 17. §. illud, l. insciando 61. §. 4. ff. de furtis, l. inter 26. §. sed & cum servus, ff. mandatis, l. si heredis 48. l. si libertus 110. ff. de legatis 1. l. 19. §. ult. ff. de peculio, cum leg. 16. ff. de peculio legato, junctis Fabro lib. 3. conject. cap. 5. Cujacio lib. 12. obser. cap. 9. & ult. l. 1. ff. de public. judic. l. 3. §. 4. ff. nauta, capon. l. Nesciens, §. final. ff. de re judic. l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. l. si servus 31. ff. de pignorat. l. 17. §. penult. ff. de usufruct. l. 2. ff. de publican. l. si ambo 10. §. quotiens, l. si debetas, ff. de compensi. l. item 20. §. item recte ait, l. illud. 40. §. penult. ff. de petit. habedit. l. 3. ff. de evict. l. 4. §. illud, ff. statu liber. l. 11. ff. locat. juncto Cujacio lib. 22. obser. cap. 4. & lib. 21. cap. 40. l. 1. ff. ne quis eum, l. 2. ff. de eo, per quem factum. l. 1. §. cum servus, ff. de his qui dejecerunt, l. 18. §. ult. ff. de mortis causâ donat. l. 1. §. ult. ff. de publican. l. 4. ff. de aleator. l. 4. §. autoris, ff. de doli except. l. 12. §. ult. cum l. sequenti, ff. de liberali causa, l. si mulier 21. §. 1. ff. rer. amot. l. 17. §. 17. l. 45. & 58. ff. de adulit. edit. l. 3. §. ult. ff. si menor falsum modum, l. post minimum 19. §. si statu liber, ff. de captivis, l. 1. §. apud servum, ff. depositi, l. 72. §. 5. ff. de solution. l. antiquis 6. §. si servus, ff. quod vi aut clâ, l. 6. §. Celsus, ff. de aqua pluvia, l. 13. §. 1. ff. de publican. l. 3. §. 4. ff. de liber. homine, l. 7. ff. quod vi aut clam, l. 8. §. ult. ff. communi dividendo, l. si hominem 69. ff. de solution. l. rem. 21. §. 1. ff. commodati, juncto Cujacio tract. 8. ad Africanum, l. 7. §. hoc editum, ff. de damno infecto, l. 13. & 14. ff. de interrogat. l. 1. §. interdum, ff. si quadrupes pauperium.

TITULUS XXXVII.

De pœnis.

CAPVT I.

Ex Concilio a Toletano.



A quæ frequenti prævaricatione iterantur, frequente sententia condemnentur.

NOTÆ.

Toletano.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 1. & apud Burchardum lib. 19. Decreti cap. 158. Carnotens. part. 15. Decreti, cap. 166. & in fragmentis Concilii Toletani incerti, quæ reperiuntur ad calcem Concilii Toletani 1. apud Loaysam; & licet non reperiatur textus hic in aliquo ex Conciliis Toletanis

hucusque excusis, ejus tamen sententia in jure certa est; nam licet de eodem delicto non possit quis iterum accusari, postquam fuit semel absolitus, vel condemnatus, ut probavi in cap. de his, de accusat. tamè cùm postea novâ prævaricatione relapsus est in idem delictum, potest iterum puniri; immò & propter iterationem gravius punitur, ut probavi in cap. ad abolendam, de heret.